



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Ludus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

sic satis sit editis, quæ passim fiunt à Prælatis, sub pœna excommunicationis latæ sententia, contra non confiteentes peccata sua singulis annis, & non communicantes: nam non sunt excommunicatæ, cùm adimpleant præceptum, prout supra, Flor. Theol. in 4. Sen. de Confess. fol. 239. Soto. 4. Sent. dist. 18. quæst. 3. art. 3. nec sunt excommunicatæ, ex eo, quod non communicarint, quia ab hoc abstinent ex consilio Confessarii, c. omnis utriusque sexus, & ibi Abb. n. 3. de pœ. & remiss. Hinc sit, teneri istas meretrices ad evitatem transgressio- nis dicti præcepti, & intrusionis censu- ratum, saltem confiteri peccata sua me- liori modo, quo possunt, ut dictum est, sup. Abb. in d.c.nu. i. Adrian. in 4. sent. tract. de Confess. dub. 4. Nav. in c. i. §. dilig- gens, n. 14. de pœnit. dist. 6.

Quartò, an promissum meretrici pro meretricio, teneatur promittens dare, & an possit peti jure actionis. Ad pri- mum respondeatur affirmativè, à D. Ant. i. part. Sum. tit. I. cap. 23. §. 10. Ad se- cundum respondeatur negativè, Iser. cap. 1. quibus mod. fœnd. amu. nu. 11.

Quintò, rapientes meretrices, qua pœna puniantur queritur? Respondeatur quod aliquando ultimi supplicii, ali- quando tritemium, aliquando arbitra- ria. Clar. §. raptus, ver. quaro. nunquid, violentantes qua pœna puniantur, vide in ver. emptio, §. 1.

Sextò, lenonum, & eorum compli- cium pœnæ quænam sint in foro Ec- clesiastico, vide Paul. III. Bul. 47. quæ in- cipit, Ex ordine.

PRIMÒ, an detur repetitio eorum, que lucrantur, vide Anch. in c. peccatum, num. 2. de reg. jur. lib. 6. & Pragmaticam regni Neapol. vide Pauormit. in c. quia plerique, nu. 35. de immunit. Eccles. Cap. Tolos. q. 192. & ibi addit. D. Thom. 2. 2. q. 168.

Secundò, ludi prohibiti personis Ec- clesiasticis, sunt aleæ, c. Episcopus, 35. dist. c. inter dilectos, de excess. prælat. Ang. ver. lu- dus, nu. 2. ver. torneamenti, c. ad audi- entiam, de homi. ubi hominis turpitudo est, c. nec solo, 33. quæst. 5. & hic potest capi ludus palæstræ, seu luctæ, ubi homines nu- di solent luctare, omnis ludus fortunæ, virium, nimorū, & lasciviarum, non au- tem pilæ, sacchorum, & ubi adest exercitium corporis, nisi adsit scandalum vel in publico. Innoc. in ca. lator, de ho- mis.

Tertiò, ludos, vel barratarias, eorumque manuteneentes prohibuit magnis pœnis Jul. III. Bull. 3. & Bul. 43.

Quartò, lucratum in ludo à Religio- sis, Clericis, filiis familiæ, mulieribus, & aliis in rebus, quæ sunt monasterii, Ec- clesiæ, patris, viri, vel aliorum, non po- test retineri cum bona conscientia, Sor. lib. 4. q. 6. art. 2. de just. & iure. Abb. in c. clerici, et 2. n. 4. de vita & hon. cler. Arch. in d.c. Episcopus, 35. d. Holt. in Sum. tit. de pœnis. & remiss. §. quæst. pœnitentia; Af- flict. dec. 389. Sylv. in ver. ludus, Nav. c. 19. n. 18. D. Tho. 2. 2. q. 32. art. 3.